quoniam eundem coram [illegible] personaliter recognovit ad praemissa mediante.

Actum in Castro Premisliensi Feria Sexta post Festum Sancti Petri in Vinculis proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo. 3/VIII 1657

Gurska Zurowskiey debet.

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Sophia de Blessowice olim Generosi Martini de Blessowice Tribuni Subdapiferi Terrae Premisliensis filia olim vero Generosi Francisci a Gurski consors relicta vidua sana mente et corpore existens a terminis Dilationibus Iuridicis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens Iuri vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter certis totaliter et plenarie incorporans et subjiciens palam publiceque libere ac per expressum recognovit. Quia ipsa Generosae Annae de Kobnow Generosi Stanislai Zurowski Consorti illius summam Mille florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis florenos vero quemlibet grossis triginta Polonicalibus computando et numerando certi veri iusti ac liquidi debiti mutuatique apud ipsam pro recognitione [illegible] tenetur atque debet. Quam quidem summam suprascriptam Mille florenorum Polonicalium eidem [illegible] Generosae Zurowskie

1200

dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes earumque prosequentes faciendo ac promissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionis suspensionis fatalibus Juris prescriptione Terrestri bello conventioneque aliisque quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendi pro sua personali recognitione ad promissa mediante.

Brezinski Testamentum approbat.

Comparens personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensi Capitaneo Premisliensi Generosus Albertus Sigismundus Brzezinski sanus mente et corpore existens a terris Dictibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens pro vero Jurisdictionis Castrensis Capitaneo Premisliensi quo ad actum hunc attinet se cum successoribus bonisque suis generalibus totaliter et plenarie incorporando et subjiciendo palam publice libere ac per expressum regnicolis. Quia ipse dispositionem seu testamentum ultimae voluntatis suae eo nomine inscriptum per se recognitam ratione certorum rerum et conditionum ibidem contentam de Actu et data eiusdem dispositionis testamentariae in Villa Pietraszowka die Vigesima Sexta Mensis Julii anno praesenti confectum conscriptum manibus sui recognitis et certorum amicorum ibidem specificatum subscriptum in omnibus eiusdem dispositionis testamentariae conditionibus punctis clausulis articulis ligamentis beneficiis ac nexibus generalibus universis roborat confirmat et ratificat inscribendo et onerando post fata sui regnicolis successores suos in et super bonis suis generalibus ac summis quibusvis